



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 128. Sessio XIV. Ferrariensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. mo Pontifici de more salutem dicerent,  
 A.C. 1428. atque ejus dexteram, & faciem deoscu-  
 lantes, assignatas sibi sedes occuparent.  
 Joannem Palæologum Imperatorem nul-  
 lo omnino reverentiæ signo honorabant.  
 Qua de re Imperator graviter offensus,  
 palam ac diserte profitebatur: *Nisi i-  
 terum Synodus conveniat, & Oratores Du-  
 cis accedant, mihi que debitum honorem de-  
 ferant, ut fieri solet Imperatoribus, non con-  
 plius conveniam, sed neque Synodus fiet.*  
 Verum Papa, operam suam sedulo tra-  
 vante Patriarcha Constantinopolitano,  
 componendæ hujus controversiæ arbi-  
 trum se præbuit, adegitque Legatos, ut  
 in proxima Sessione Imperatori debita  
 honoris obsequia se delaturos promitte-  
 rent.

## §. CXXVIII.

*Sessio decima quarta Ferrariensis  
Concilii.*

*Acta Conc.  
 Fior. to. 13.  
 Conc. Labb.  
 p. 297.*

Igitur Burgundiæ Ducis Oratores, qui  
 præcedenti Sessioni intererant, hæc  
 quoque quarta die Decembris celebra-  
 tam accedebant atque Imperatori, ut  
 promiserant, reverentiam suam exhibe-  
 bant, quamvis adversante nonnihil, ac  
 repugnante animo id fieri, compluribus  
 adstantium videretur. Quinimo & ipse  
 Imperator satis aperte idipsum animad-  
 verit



vertit; ac inde se animo commoveri sen- Sæcul. XV.  
 sit; verum præhabito promovendæ pa- A.C. 1438.  
 cis studio, dolori temperandum censuit.

Ergo Patres ad discutiendum articulum de voce *Filioque* Symbolo adjecta redeunt, Marco Ephesino, & Juliano Cardinale hac super re disputantibus. Marcus sermonis prærogativa honoratus, hunc in modum exorditur. *Propter dicendi ubertatem atque facundiam habitos esse longos sermones, propterea paucis esse agendum, & responsiones reddendas nuda prope modum affirmatione & negatione.* Moxque subjunxit: *Charisium nihil ipsis attulisse, quod carum, gratumque esset.* Hæc cum Ephesinus dixisset, protinus Cardinalis Julianus objecta multis argumentis diluens, sermonem adeo prolixum habuit, ut dicentem dies omnino deficeret, totumque Sessionis tempus sibi soli vendicaret, Marco nequidem unius verbi copia relicta.

§. CXXIX.

*Sessio decima quinta Concilii Ferrariensis.*

Igitur ulterior hujus articuli discussio dilata est ad Sessionem decimam quintam feria secunda octavo Decembris die celebratam, cui Patriarcha Constantinopolitanus non interfuit, adversa valetudine Ibid. p. 210.